



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 38. Synodi Diœcesanæ Tornacensis statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.
A. C. 1680.

§. XXXVIII.

*Synodi Diœcesanæ Tornacensis
statuta.*

Pariter Gilbertus Choiseulius Tornacensis Episcopus die septima Maij ejusdem anni suam celebravit Synodum, in qua illos, qui ab ea ob nullam legitimam causam absentes erant, adesse iussit, ut se pœnas a jure statutas incurrisse, declarari intelligant. Præcepit etiam, ut nullo alio catechismo, nisi quem ipse imprimi iussit, Parochi utantur, ne ex varia catechisandi methodo confusio oriatur: denique nonnulla priorum Synodorum decreta innovavit.

§. XXXIX.

Monasteriensis Concilii decreta.

Insuper Ferdinandus de Fürstenberg Monasteriensis Episcopus ad Prædecessoris sui exemplum hoc item anno die decima quinta Octobris rursus Autumnalem habuit Synodum, in qua vehementer declamabat contra quosdam Clericos, qui ornati incedunt, quasi castrensia, non Ecclesiastica mererent stipendia; cum ergo ab Innocentio XI. Papa monitus fuisset, ut per-

nicio-